Letamini iusti in dño: & cõfitemini memorie sctificationis ei⁹:
Gloria. Añ. Dignare me laudare te virgo sacrata. Da mihi virtu-

virtutem contra hostes tuos. Aña. Post partum virgo. Nota che nell'Aduento in scābio dell'Aña Post partum. si dice Angelus domini. psal:

Cantate dño canticū nouū q2 mirabilia fecit.

Saluauit sibi dextera eius: z brachium sanctum eius.

Notum fecit dñs salutare suum: in conspectu gentiuz reuelauit iustitiam suam.

Recordatus est misericordie sue, z veritatis sue domui Isrl.

Viderunt omnes termini terre: salutare dei nostri:

Iubilate deo oīs terra: cantate z exultate z psallite.

Psallite dño i cithara z voce psalmi, in tubis ductilibus z voce tube cornee.

Iubilate in conspectu regis domini: moueatur mare z plenitudo eius, orbis terrarum z qui habitant in eo.


Flumina plaudent manu: simul mōtes exultabūt a cōspectu dñi: qm̄ venit iudicarē terrā.

Iudicabit orbē terraz in iustitia, z pplos in equitate.

Gloria pa. Añ. Post partuz virgo inuiolata permāsisti: dei genitrix intercede pro nobis. Per l'Aduento si dice Angelus domini nunciauit marie z concepit de spiritu sancto.

PRIMA DELLA MADONNA

℣. Aue Maria gr̄a plena dominus tecum. ℟. Benedicta tu in mulieribus: z benedictus fructus ventris tui Jesus.



Deus in adiutorium meuz intende. ℟. Domine ad adiuuandu3 me festina. ℣. Gloria p. ℟. Sicut erat in principio. allā. Hymn.

Memento salutis auctor: quod nostri quondā corporis: ex illibata virgine: nascēdo formam sumpseris.

Maria mater gratie: mater misericordie: tu nos ab hoste protege: in hora mortis suscipe.

Gloria tibi dñe: q natus es de virgine: cū patre z scō spū: in sempiterna scl'a. amē. Añ. Assumpta est Maria in celum. Per lo Aduento si dice An

gelus dñi nũciauit Marie. ℞. Et ↄcepit de spũ scõ. Psalm.

Deus in nomine tuo salvum me fac: ⁊ in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orõnẽ meã: auribus percipe verba oris mei.

Quõ alieni insurrexerunt adversum me: ⁊ fortes quesierunt aĩam meaꝫ: ⁊ nõ proposuerũt deum ante conspectum suum.

Ecce enĩꝫ deus adiuuat me: ⁊ dñs susceptor est aĩe mee.

Auerte mala inimicis meis, ⁊ in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi ⁊ confitebor nomini tuo domine quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: ⁊ super inimicos meos despexit ocul' me'.

Gloria patri. Sicut. Psalm.

Benedixisti domine terrã tuam: auertisti captiuitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis tue, operuisti oĩa peccata eoꝝ.

Mitigasti oẽm irã tuã: auertisti ab ira indignationis tue.

Conuerte nos deus salutaris noster: ⁊ auerte iram tuam a nobis.

Nunquid in eternum irasceris nobis, aut extendes irã tuã a gñatione in generationem.

Deus tu conuersus vivificabis nos, ⁊ plebs tua letabiť in te.

Ostende nobis domine misericordiam tuam, ⁊ salutare tuũ da nobis.

Audiaꝫ quid loquatur in me dominus deus, quoniam loqͣtur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos, ⁊ in eos qui conuertunť ad cor.

Veruntamen prope timẽtes eum salutare ipsius, vt inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia ⁊ veritas obuiauerunt sibi, iustitia ⁊ pax osculate sunt.

Veritas de terra orta est, ⁊ iustitia de celo prospexit.

Etenim dominus dabit benignitatem, ⁊ terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia añ eum ambulabit: ⁊ ponet in via gressus suos.

Gloria pa. Sicut. Psalm.

Laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata est sup nos misericordia eius, ⁊ veritas

tas domini manet in eternuz. Gloria pa. Añ. Assumpta est Maria in celum: gaudēt angeli, laudātes bñdicūt dñz. Cap. Que est ista que progredi tur quasi aurora consurgens: pulchra vt Luna: electa vt Sol terribilis: vt castrorum acies ordinata. R. Deo grãs. V. Dignare me laudare te virgo sacrata. R. Da mihi virtutem contra hostes tuos. Kirie eley. Christe eleys. Kirie eleys. V. Domine exaudi orationem meaz. R. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oratio. Deus qui virginalem aulam beate Marie virginis: in qua habitares eligere dignatus es: da quesum⁹, vt sua nos defensione munitos: iucūdos sue facias interesse cōmemorationi: qui viuis τ regnas in secula seculorum. R. Amē. Pro sanctis. Aña. Sācti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumque salute. V. Letamini in domino, τ exultate iusti. R. Et gloriamini omnes recti corde. Orem⁹ Oro. Exaudi nos deus salutaris noster: τ apostolorum tuorum Petri, τ Pauli: τ aliorum apostolorum: nos tuere presidijs, quorum dona sti fideles esse doctrinis.

De sanctis oratio.

Omnes sancti tui quesumus domine nos vbiqz adiuuent, vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus: Et pacem tuā nostris concede temporibus: τ ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam, iter, actus τ voluntates nostras: τ omnium famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone: benefactoribus nostris sempiterna bona retribue: τ omnibus fidelibus defunctis requiem eternā concede. Per dominum nostruz Jesum Christum. R. Amen. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. Vs. Benedicamus domino. R. Deo gratias.

A TERZA DELLA MADONNA.

Vs. Aue Maria gratia plena dominus tecum. R. Benedicta tu in mulieribus, τ benedi

ctus fructus vētris tui Jesus.



Deus in adiutorium meuz intende. ℟. Domine ad adiuuādum me festina. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui. Sicut erat in princ. Hymn.

Memento salutis auctor: quod nostri quondā corporis: ex illibata virgine nascē do formam sumpseris.

Maria mater gratie: mater misericordie: tu nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe.

Gloria tibi domine, qui natus es de virgine: cum patre ⁊ sancto spiritu, in sempiterna secula. ℟. Amen.

Aña. Maria virgo. Psalm⁹.

Ad dominum cum tribularer clamaui, ⁊ exaudiuit me.

Domine libera animam meā a labijs iniquis: ⁊ a lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam?

Sagitte potentis acute: cuz carbonibus desolatorijs.

Heu mihi quia incolatus me⁹ prolongatus est, habitaui cuz habitantibus cedar., multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacez erā pacificus: cuz loquebar illis impugnabant me gratis.

Gloria p. Sicut erat in principio, ⁊ nunc, ⁊ semper. Psal.

Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a domino: qui fecit celum ⁊ terram.

Non det in commotionem pedem tuum, neque dormiet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet: qui custodiet Israel.

Dominus custodit te dominus protectio tua, super manum dexteram tuam.

Per diem Sol non vret te, neque Luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animaz tuā dominus.

Dominus custodiat introitū tuum, ⁊ exitum tuum: ex hoc nunc ⁊ vsque in seculum.

Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spūi scō

Sicut erat in princ. Psal's.

Letatus

Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem:
Hierusalem que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.
Illuc enim ascenderunt trib⁹: tribus dñi testimoniu3 Israel ad confitendu3 nomini dñi.
Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid.
Rogate que ad pacẽ sunt hierusalem, ꝛ abundantia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua, ꝛ abũdantia in turribus tuis.
Propter fratres meos, ꝛ proximos meos, loq̃bar pacẽ de te.
Propter domum domini dei nostri, quesiui bona tibi.
Gloria pa. Sicut erat. Añã. Maria virgo assumpta est ad ethereũ thalamũ, in quo rex regũ stellato sedet solio. Caplm.
Et sic in Syon firmata sum, ꝛ in ciuitate sanctificata similiter requieui, ꝛ in hierusalez potestas mea. ℟. Deo gratias. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in eternum. Kirieeley. Christel. Kiriee. ℣. Dñe exaudi oꝛonem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oratio.
Deus, qui salutis eterne beate Marie virginitate fecunda, humano gñi premia pstitisti: tribue q̃sum⁹: vt ipsa3 pro nobis intercedere sentiamus: per quam meruimus auctorem vite suscipere, Dominum nostrum Jesum Christu3 filium tuum, qui ꝛc. ℟. Amen.
Pro sanctis. Antiphona.
Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumque salute. ℣. Letamini in domino ꝛ exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Oremus. Oratio.
Protege domine populum tuum, ꝛ aploꝝ tuoꝝ Petri, ꝛ Pauli: ꝛ alioꝝ apostolorum patrocinio confidente3 ppetua defensione conserua. De sanctis. Oratio.
Omnes sancti tui quesumus domine nos vbiq3 adiuuẽt, vt dũ eoꝝ merita recolimus: patrocinia sentiamus.

Et pacem tuam nostris cõcede temporibus, ꝛ ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiã; iter, actus ꝛ voluntates nr̃as, omnium famuloꝝ tuoꝝ, in salutis tue ꝓsperitate dispone, benefactoribus nostris sempiterna bona retribue: ꝛ omnibuꝫ fidelibus defunctis requiẽ eternam concede. Per dominuꝫ. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Benedicamus dño. ℟. Deo gratias.

SESTA DELLA MADONNA.

℣. Aue Maria, gr̃a plena dñs tecuꝫ. ℟. Benedicta tu in mulieribus, ꝛ benedictus fructus ventris tui Jesus. Uersus.



DEus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuanduꝫ me festina. ℣. Gloria patri ꝛ. ℟. Sicut erat in principio, ꝛ nunc, ꝛ semper. All'a. Hymnus.

MEmento salutis auctor: quod nostri quondam corporis, ex illibata virgine, nascendo formam sumpseris. Maria mater gratie, mater misericordie, tu nos ab hoste ꝓtege, in hora mortis suscipe. Gloria tibi domine, qui nat' es de virgine, cum patre, ꝛ sancto spiritu, in sempiterna secula. ℟. Amen.

Añа. In odoreꝫ. Psalmus.

AD te leuaui oculos meos, qui habitas in celis. Ecce sicut oculi seruorum, in manibus dominorum suorum. Sicut oculi ancille in manib' domine sue, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri. Miserere nostri domine miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione. Quia multum repleta est anima nostra, opprobriũ abũdantibus ꝛ despectio superbis. Gloria patri ꝛ filio. Psalmus.

NIsi qꝛ dñs erat in nobis dicat nunc Jsrael: nisi qꝛ dominus erat in nobis. Cum exurgerent homineꝫ in nos, tunc forte viuos deglutissent nos.

Cum

Cum irascereretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos.
Torrentem pertransiuit anima nostra. forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.
Benedictus dñs: q nõ dedit nos in captione dentib⁹ eorū.
Anima nr̃a sicut passer erepta est, de laqueo venantium.
Laqueus contritus est: ⁊ nos liberati sumus.
Adiutorium nostrum in noĩe dñi, qui fecit celum ⁊ terram.
Gloria patri, ⁊ fil. Psalmus.
Qui confidunt in domino sicut mons Syõ nõ commouebitur in eternū, qui habitat in Hierusalem.
Montes in circuitu ei⁹ ⁊ dñs in circuitu populi sui: ex hoc nunc ⁊ vsq; in seculum.
Quia non relinquet dñs virgam peccatorum super sortem iustorum: vt nõ extendant iusti ad iniquitatem manus suas.
Benefac domine, bonis ⁊ rectis corde.
Declinantes autem in obligatione, adducet dñs cū operantibus iniqtatē, pax super Israel.
Gloria pa. Sicut. Aña. In odorem vnguentorum tuorum currimus adolescentule dilexerūt te nimis. Capitulum.
Et radicaui in populo honorificato: ⁊ in partes dei mei hereditas illius, ⁊ in plenitudine sanctorum detentio mea. ℟. Deo gratias. ℣. Benedicta tu in mulieribus. ℟. Et benedictus fructus ventris tui. Kirieeleyson. Christe eleyson. Kirieeleyson. ℣. Domine exaudi orationem meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oratio.
Concede misericors deus, fragilitati nostre presidium: vt qui sancte dei genitricis memoriam agimus: intercessionis eius auxilio, a nostris iniquitatibus resurgam⁹. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Pro sanctis Aña. Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nr̃a omniumq; salute. ℣. Letamini in dño ⁊ exultate iusti. ℟. Et gloriamini oẽs recti corde. Oremus
Exaudi nos deus Oro. salutaris noster: ⁊ apostolorum tuorum Petri, ⁊ Pauli:

li, et aliorum apostolorum: nos tuere presidijs: quorum dona sti fideles esse doctrinis.

De Sanctis.

Omnes sancti tui quesumus domine nos vbiqz adiuuent, vt dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus. Et pacem tuam. etc.

Si come trouerrai in Terza.

NONA DELLA MADONNA

℣. Aue Maria gratia plena dominus tecum. ℟. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fruct⁹ vētris tui Jes⁹. ℣.



Deus in adiutorium meuz intēde. ℟. Domine ad adiuuanduz me festina. ℣. Gloria pa. ℟. Sicut erat in principio. Hymnus.

Memento salutis auctor, quod nostri quondā corporis: ex illibata virgine, nascēdo formam sumpseris.

Maria mater gratie: mater misericordie: tu nos ab hoste ꝓtege, in hora mortis suscipe.

Gloria tibi dñe: q natus es de virgine: cū patre et scō spū: in sempiterna scl'a. amen.

Añā. Pulchra es. Psalm.

In conuertendo domin⁹ captiuitatem Syon: facti sumus sicut consolati.

Nunc repletum est gaudio os nostrum; et lingua nostra exultatione.

Nūc dicēt inter gētes: magnificauit dñs facere cum eius.

Magnificauit dñs facere nobiscum: facti sumus letantes.

Conuertere dñe captiuitatē nr̄am: sicut torrens in austro.

Qui seminant in lachrimis in exultatione metent.

Euntes ibant et flebant: mittentes semina sua.

Uenientes autem venient cū exultatione: portantes manipulos suos. Gloria. Psalm.

Nisi dñs edificauerit domum: in vanum laborauerunt qui edificant eam.

Nisi dñs custodierit ciuitatē: frustra vigilat qui custodit eā.

Uanū est vobis aū lucem surgere, surgite postq̃ sederitis: q manducatis panē doloris.

Cum

Quum dederit dilectis suis somnuz, ecce hereditas dñi filij merces fructus ventris.
Sicut sagitte in manu potentis: ita filij excussorum.
Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non cõfundetur cum loquetur, inimicis suis in porta.
Gloria patri, et filio. Psal's.
Beati omnes qui timent dominum: qui ambulãt in vijs eius.
Labores manuum tuarum: quia manducabis: beatus es et bene tibi erit.
Uxor tua sicut vitis abundãs in lateribus domus tue.
Filij tui sicut nouelle oliuarũ: in circuitu mense tue.
Ecce sic benedicetur homo: qui timet dominum.
Benedicat tibi dominus ex Syon et videas bona Hierusalẽ: omnibus diebus vite tue.
Et videas filios filiorũ tuorum: pacem super Israel.
Gloria patri. Aña. Pulchra es et decora filia hierl'z: terribilis vt castrorũ acies ordinata.
In plateis sicut Caplm. cinnamomum, et balsamũ aromatizans odorẽ dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. ℟. Deo gratias.
℣. Post partum virgo inuiolata permansisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. kirieeleyson. Christeel. kirilieeleys.
℣. Domine exaudi orationez meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oratio.
Famulorum tuorum q̃s domine delictis ignosce vt qui tibi placere de actibus nostris non valemus, genitricis filij tui dñi nostri intercessione saluemur. Per eundez. ℟. Amen. Pro sanctis Aña.
Sancti dei oẽs intercedere dignemini pro nostra omniũqz salute. ℣. Letamini in domino et exultate iusti. ℟. Et gl'iamini oẽs recti corde. Oremꝰ. Oro.
Presta quesumus omnipotens Deus: vt nullis nos permittas perturbationibus concuti: quos in apostolice confessionis petra solidasti. De sanctis Oratio.
Omnes sancti tui quesumus domine nos vbiqz adiuuent: vt dum eorũ merita recolimꝰ patrocinia sentiamꝰ.

ꝛ pacem tuam nostris conce-
de tẽporibus, ꝛ ab ecclesia tua
cunctam repelle nequitiã, iter,
actus ꝛ voluntates nostras, ꝛ
omnium famulorum tuorum in salu
tis tue prosperitate dispone;
benefactoribus nostris sempi
terna bona retribue, ꝛ omnib⁹
fidelibus defunctis requiem
eternã cõcede. Per. ℟. Am.
℣. Domine exaudi orationes
meã. ℟. Et clamor meus ad te
veniat. ℣. Benedicamus do-
mino. Respons. Deo gratias.

VESPRO DELLA MADONNA

℣. Aue Maria gra plena dñs
tecum. Resp. Benedicta tu in
mulieribus, ꝛ benedictus fru
ctus ventris tui Jesus. ℣.



Deus in ad-
iutoriũ meũ
intende. ℟.
Dñe ad adiu
uãdũ me festi
na. ℣. Glo-
ria patri, ꝛ filio. ꝛc. Alla. Aña.
Dum esset rex. Psalmus.
Dixit dñs domino meo,
sede a dextris meis.
Donec ponã inimicos tuos,
scabellum pedum tuorum.
Uirgam virtutis tue emittet
dñs ex Syon dominare in me
dio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die vir
tutis tue, in splendoribus san-
ctorum, ex vtero ante luciferũ
genui te.
Iurauit dominus ꝛ non peni
tebit eum, tu es sacerdos in e-
ternum, secundum ordinem
Melchisedech.
Dominus a dextris tuis, cõ-
fregit in die ire sue reges.
Iudicabit in nationibus im-
plebit ruinas, conquassabit ca
pita in terra multorum.
De torrente in via bibit, pro-
pterea exaltauit caput.
Gloria patri. Sicut erat. ꝛc.
Aña. Dum esset rex in acubi-
tu suo, nardus mea dedit odo
rẽ suauitatis. Añ. Leua ei⁹, ℟.
Laudate pueri dominũ:
laudate nomen domini.
Sit nomen dñi benedictum
ex hoc nunc ꝛ vsq; in seculum.
A solis ortu vsq; ad occasũ,
laudabile nomen domini.
Excelsus sup oẽs gẽtes dñs,
ꝛ super celos gloria eius:
Quis

Quis sicut dñs deus noster: qui in altis habitat, ⁊ humilia respicit: in celo, ⁊ in terra.
Suscitans a terra inopem, ⁊ de stercore erigens pauperem.
Ut collocet eũ cum principibus, cũ principibus ppl'i sui.
Qui habitare facit sterilem in domo: matrẽ filiorum letantem.
Gloria pat. Sicut. Aña. Leua eius sub capite meo: ⁊ dextera illius amplexabitur me.
Aña. Nigra sum, sed formosa filia Hierusalem. Psalmus.
Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Hierusalem.
Hierusalem que edificatur vt ciuitas, cuius participatio ei' in idipsum.
Illuc enim ascenderunt trib' tribus dñi, testimoniũ Israel, ad confitendum nomini dñi.
Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid.
Rogate que ad pacem sunt Hierusalem: ⁊ abundantia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua: ⁊ abundantia in turribus tuis.
Propter fres meos: ⁊ proximos meos, loquebar pacem de te.
Propter domum domini dei nostri, quesiui bona tibi.
Gloria patri. Sicut er. Aña. Nigra sum sed formosa filia hierusalem, ideo dilexit me rex: ⁊ introduxit me in cubiculum suũ.
Añ. Iam hiems transiit. psal.
Nisi dñs edificauerit domum, in vanum laborauerunt qui edificant eam.
Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam.
Uanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.
Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas dñi: filij merces fructus ventris.
Sicut sagitte in manu potentis, ita filij excussorum.
Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis, non cõfundetur cum loquetur inimicis suis in porta.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ spiritui sancto. Sicut erat. Añ. Iam hyems transijt imber abijt:

⁊

& recessit: surge amica mea & veni. Añ. Speciosa scã es. Ps. Lauda hierusalem dñm: lauda deum tuum Syõ. Quoniam confortauit seras portarum tuarum: benedixit filijs tuis in te.
Qui posuit fines tuos pacẽ: et adipe frumenti saciat te.
Qui emittit eloquium suũ terre, velociter currit sermo eius.
Qui dat niuem sicut lanaz: nebulam sicut cinerem spargit.
Mittit christallum suum sicut bucellas: ante faciem frigoris eius quis substinebit.
Emittet verbum suuz & liquefaciet ea: flabit spiritus eius, & fluent aque.
Qui ãnũciat verbũ suũ iacob iustitias & indicia sua Israel.
Nõ fecit taliter oĩ natiõi: & iudicia sua nõ manifestauit eis.
Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula sclo;. Añ. Speciosa facta es & suauis in delitijs tuis sancta dei genitrix. Capitulũ. Ab initio & añ secula creata sum, & vsque ad futur; seculum non desinam, & in habitatione sancta coraz ipso ministraui. Responso. Deo gratias. Hymnus.

Ave maris stella: dei mater alma: atqz semp virgo: felix celi porta.
Sumens illud aue: gabrielis ore: funda nos ĩ pace: mutuãs eue nomen.
Solue vincla reis: profer lumen cecis: mala nostra pelle: bona cuncta posce.
Monstrà te esse matrez: sumat per te preces: qui pro nobis natus: tulit esse tuus.
Virgo singularis: inter omnes mitis: nos culpis solutos: mites fac & castos.
Vitam presta puram: iter para tutum: vt videntes Jesum: semper colletemur.
Sit laus deo patri: summo Christo decus: spiritui sancto: trinus honor vnus. Amen. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea bñdixit te de⁹ in eternum. Aña. Beata mr̃. Nota che da Pasqua di resurrezzione insino all'Ascensione si dice. Regina ce. con sua versetto, & orone cõe in qsto a c. 16. Canticum Marie Virginis.

Magni



Magnificat anima mea dñm. Et exultavit spūs me⁹ i deo salutari meo.
Quia respexit humilitatē ācille sue: ecce enim ex hoc beatā me dicent: oēs generationes.
Quia fecit mihi magna q potens est: ⁊ sanctū nomen eius.
Et misericordia eius a ꝓgenie in progenies: timētib⁹ eū.
Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede ⁊ exaltavit humiles.
Esurientes implevit bonis, ⁊ divites dimisit inanes.
Suscepit israel puerum suū recordatus misericordie sue.
Sicut locutus est ad patres nostros Abraā: ⁊ semini eius in secula.
Gloria. Añā. Beata mr̄ ⁊ innupta virgo gloriosa Regina mūdi intercede pro nobis ad dñm. Kirieele. Christel. Kirieele. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. Oremus. Orō.

Concede nos famulos tuos qs dñe deus, ppetua mentis ⁊ corporis sanitate gaudere: ⁊ gloriosa beate Marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristitia, ⁊ eterna perfrui letitia. Per xp̄m dñm nostrum. ℟. Amē. Pro sanctis. Añā. Sancti dei oēs intercedere dignemini pro nostra oīumqз salute. ℣. Letamini in domino ⁊ exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Oremus. Oratio.

Protege dñe pplm tuum, ⁊ aploꝝ tuorum Petri ⁊ Pauli ⁊ aliorum aploꝝ patrocinio confidentem perpetua defensione conserva.

Omnes sancti tui quesumus dñe nos vbiqз adiuvent: vt dū eoꝝ merita recolimus, patrocinia sentiamus. Et pacē tuā nostris concede tpibus, ⁊ ab ecclesia tua cunctā repelle nequitiam: iter, actus ⁊ voluntates nostras: ⁊ oīum famuloꝝ tuoꝝ in salutis tue prosperitate dispone: bñfactoribus nr̄is sempiterna bona retribue: ⁊ oībus fidelib⁹ defunctis reqem eternam concede. Per dñm. ℟. Amē.

℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Benedicamus dño. ℟. Deo gratias.

ORDINE DA COMINCIARE

la Compieta. Congregati in choro e fratelli. Il Go. con voce piana dica. Pater noster. Ilqual finito secreto: il fratello a chi e commesso inginochiato allaltare incominci in voce. Iube dñe bñdicere. Il go. risp. Noctem quietam & finẽ perfectum concedat nobis dñs oĩpotens. Risp. il co Amẽ. Il fra. Fratres sobrij estote & vigilate in orõibus, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit: querens quem devoret: cui resistite fortes in fide. Tu aũt dñe miserere nostri. Risp. il cho Deo gratias. Segnandosi il go. dica Adiutoriũ nr̃m in noĩe dñi. Ch. ℟. Qui fecit celum & terram. Il Governatore dica.

Confiteor Deo oĩpotenti: & beate Marie semp virgini: sanctissimis aplis Petro & Paulo: ac beato Ioãni Baptiste: & oĩbus sanctis, & vobis fratres: me graviter peccasse in legẽ dei mei: corde verbo & opere: de quibus dico meã culpam: meam gravem culpã, meam maximam culpã. Ideo precor Mariã virginem, reliquos sanctos, & sanctas dei, & vos fratres mei vt oretis p̃ me ad dñm nostrum Iesum Christum. Uno de fratelli a chi sara comesso, in psona di tutti dica.

Misereatur tui oĩps deus, & dimissis oĩbus peccatis tuis, liberet te ab oĩ malo, salvet & cõfirmet in oĩ opere bono & pducat te in vitã eternã. ℟. Amẽ. Hora p tutti si cõfessi lui.

Et nos cõfitemur deo oĩpotenti: gloriose Marie semp virgini, aplis quoqȝ Petro, & Paulo ac beato Io. Baptiste, & omnibus sanctis, & tibi patri nos peccasse nimis in legẽ dei: & huius fraternitatis capitula. Ideo precamur Mariam virginem, & oẽs sanctos & sanctas dei, & te patrem vt ores p nobis ad dñm Iesum xp̃m. Il Governator rispõda.

Misereatur vestri oĩps deus & dimissis oĩbus peccatis


tis vestris perducat vos dñs ad vitam eternam. ℟. Amen.

Uno sacerdote: o a chi sara cõmessa la assolutione dica.

Absolutionez τ remissionem oiuz peccatoꝝ vestroꝝ tribuat vobis oṕs τ misericors dñs. ℟. Amen. Quello che ha detto iube dñe benedicere: o vero vnaltro inginocchiato allaltare dica. ℣. Angeluz nobis me dicum salutis. ℟. Deus mit te de celis Raphaelem: vt oẽs sanet egrotos pariterq3 nr̃os dirigat actus. Oremus. Oro

Deus qui Raphaelem archãgelũ: Thobie famulo tuo properanti preuiũ direxisti: τ inter vie discrimina donasti custodem: Da vt eiusdez protegamur auxilio quatenus τ vite presentis vitemus pericula: τ ad gaudia valeamus ꝑuenire celestia. Per Christuz dominuz nostruz. ℟. Amen.

Leuati in pie il Gouernatore cominci la Compieta: dicendo prima piano τ inchinato. Pater noster. Poi in voce dica. ℣. Aue Maria gratia plena dominus tecum. ℟. Benedicta tu in mulieribus τ benedictus fructus ventris tui Iesus. ℣.



Conuerte nos deus salutaris noster. ℟. Et auerte iraz tuam a nobis. ℣. Deus in adiutorium meuz intẽde. ℟. Domine ad adiuuanduz me festina. ℣. Gloria. ℟. Sicut. all'a.

I cantori vadino al leggio, τ impongbino il Salmo.

Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea, dicat nunc Israel.

Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim nõ potuerunt mihi.

Supra dorsum meuz fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatez suaz.

Dñs iustus concidet ceruices peccatoruz: confundãtur τ conuertantur retrorsuz, omnes qui oderunt Syon.

Fiant sicut fenũ tectoꝝ: quod priusquam euellatur exaruit.

De quo non implebit manũ suaz qui metet, τ sinuz suuz: qui manipulos colliget.

Et non dixerunt qui preteri-

bant benedictio domini super vos, benediximus vobis in nomine domini.

Gloria patri: & fil. Psalmus.

De profundis clamavi ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.

Si iniquitates observaveris domine: domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius: speravit anima mea in domino.

A custodia matutina usque ad noctem: speret Israel in domino.

Quia apud dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria patri: & fil. Psalmus.

Domine non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis: neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam: sed exaltavi animam meam.

Sicut ablactatus est super matrem suam: ita retributio in anima mea.

Speret Israel in domino: ex hoc nunc & usque in seculum.

Gloria patri. Hymnus.

Memento salutis auctor: quod nostri quondam corporis: ex illibata virgine nascendo formam sumpseris.

Maria mater gratie: mater misericordie: tu nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe.

Gloria tibi domine, qui natus es de virgine: cum patre & sancto spiritu, in sempiterna secula. Amen. Capitulum.

Ego mater pulchre dilectionis, & timoris & magnitudinis & sancte spei. Resp. Deo gratias. ℣. Ora pro nobis sancta dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. Ant. Sub tuum presidium. Nota che da Pasqua di resurrezione insino all'Ascensione si dice Regina celi: con sua Antiphona, & versetto, & oratione, come in questo a c.16.

Canticum Symeonis.

Nunc dimittis servum tuum domine, secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei: salutare

lutare tuum.
Quod parasti: ante faciem omnium populorum.
Lumen ad reuelationem gentiū: ꝛ gloriā plebis tue Israel.
Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui sancto. Aña. Sub tuum presidium confugimus sancta dei genitrix: nostras deprecatiões ne despicias in necessitatibus nostris: sed a periculis cūctis libera nos semper virgo gloriosa: ꝛ benedicta. Kirieeleyson. Christeeleyson. Kirieeleyson. ℣. Domine exaudi orationem meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oro.

Beate ꝛ gloriose semperque virginis Marie: que sumus domine intercessio gloriosa nos protegat: ꝛ ad vitam perducat eternam. Per Christum dominum. ℟. Amen.

Pro sanctis Antiphona.

Sancti Dei omnes, intercedere dignemini pro nostra omniumq; salute. ℣. Letamini in domino: ꝛ exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde Oremus. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: ꝛ apostolorū tuorum Petri, ꝛ Pauli: ꝛ aliorum apostolorum: nos tuere presidijs, quorum donasti fideles esse doctrinis.

De sanctis.

Omnes sancti tui quesumus domine nos vbiq; adiuuent, vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus: Et pacem tuā nostris concede temporibus: ꝛ ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam, iter, actus ꝛ voluntates nostras: ꝛ omnium famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone: benefactoribus nostris sempiterna bona retribue: ꝛ omnibus fidelibus defunctis requiem eternā concede. Per dominum nostrū Jesum Christum. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. ℣. Benedicat ꝛ custodiat nos omnipotens ꝛ misericors dominus. ℟. Amen. Et detto amē, Il Gouernatore senza altro dica incomīcia la infrascritta Aña:

Salue regina mater misericordie vita dulcedo: ꝛ

spes nostra salue, ad te clamamus exules filij Eue, ad te suspiramus gementes et flentes in hac lachrymarum valle. Eia ergo aduocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos converte, et Jesum benedictum fructum ventris tui nobis, post hoc exilium ostende. O clemens. O pia. O dulcis virgo Maria. ℣. Dignare me laudare te virgo sacrata. ℟. Da mihi virtutem contra hostes tuos. Oremus. Oratio.

O Omnipotens sempiterne deus: qui gloriose virginis matris Marie corpus, et animam, ut dignum filij tui habitaculum effici mereretur: spiritu sancto cooperante preparasti, da ut cuius commemoratione letamur: eius pia intercessione ab instantibus malis, et a morte perpetua liberemur. Per eundem Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ℣. Fidelium anime per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

A prima: et alle altre hore si dicono e medesimi Salmi, che innanzi lo aduento: le ant: et ℣. et ℟. et orone: come trouerrai notato qui disotto. Ad .j. Ana. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam virginem desponsatam Joseph. Capitulum.

E Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emanuel: butyrum: et mel comedet ut sciat reprobare malum et eligere bonum. ℟. Deo gratias. ℣. Dignare me laudare te virgo sacrata. ℟. Da mihi virtutem contra hostes tuos. La oratione. Deus qui de beate. Ana. Ecce dominus veniet etc. ℣. Ecce apparebit dominus super nubem etc. ℟. Et cum eo sanctorum etc. La oratione. Conscientias nostras. A Terza. Ana. Aue Maria gratia plena dominus tecum, benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Cap. E gredietur virga. Come a mattutino. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in eternum. Le orationi, et la Ana. et ℣. come di sopra. A sesta. Ana. Ne timeas Maria inuenisti gratiam apud dominum: ecce concipies et paries

fi-

filiuz.allã. Cap. D abit ei dñs deus sedem David patris ei' et regnabit in domo Jacob in eternum: et regni eius non erit finis. ℟. Deo gratias. ℣. Bñ dicta tu in mulieribus. ℟. Et bñdictus fructus ventris tui. Le oroni, añe, et versetti come disopra a Nona. añã. Ecce an cilla dñi fiat mihi sm vbũ tuũ. Cap. E cce virgo cõcipiet. come a prima. ℣. Angel' dñi nũciauit Marie. ℟. Et cõcepit de spũ scõ. Oroni, et ℣. de sci come disop. a vespr. le añ. si dicono qlle delle laude; cioe. Añã. Missus est. ps. Dixit dñs. añ. Aue Maria. ps. Laudate pueri dñz. Añ. Ne timeas Maria. Psalmus. Letatus sum in. Añã. Dabit ei dñs. ps. Nisi dñs. Añ. Ecce ancilla dñi. ps. Lauda Hierlm. Cap. E gredietur virga: come al Mattut. Hym. A ue maris stella come inanzi all'Aduẽ. ℣. Diffusa est grã in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in eternũ Añã. Al Magnificat. Spiritus scũs: come al Bñdictus. Oroni: añ. ℣. et ℟. come disop. al Matt. A ppieta. C õuerte nos deus etc. Come inanzi lo Aduen. Cap. E cce virgo cõcipiet. Come a prima. ℣. Angelus dñi nũciauit Marie. ℟. Et cõcepit de spũ scõ. Añã. al Nunc dimittis, Spũs Scũs in te descẽdet maria ne timeas habebis in vtero filium Dei.

SALMI GRADI



A D dñm cum tribularer clamaui, et exaudiuit me.

D omine libera aiam meam a labijs iniquis et a lingua dolosa.

Q uid det tibi: aut qd apponat tibi ad linguam dolosam? S agitte potentis acute cum carbonibus desolatorijs.

H eu mihi q: incolatus meus prolongatus est: habitaui cuz habitantibus cedar, multum incola fuit anima mea.

C um his qui oderunt pacez erã pacificus: cum loquebar illis ipugnabãt me gratis. Et nõ si dice glãne reqez etnã. ps

L Euaui oculos meos in montes: vnde veniet au-

xilium mihi.
Auxilium meum a domino: qui fecit celum et terram.
Non det in commotionem pedem tuum: neque dormiet qui custodit te.
Ecce non dormitabit neque dormiet: qui custodit Israel.
Dñs custodit te: dñs protectio tua sup manum dexteram tuam.
Per diem Sol non uret te: neque Luna per noctem.
Dñs custodit te ab oi malo: custodiat aiam tuam dñs.
Dominus custodiat introitũ tuum et exitum tuũ: ex hoc nũc et usque in seculum. Psalm⁹.
Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Hierusalem.
Hierusalem que edificatur ut ciuitas, cuius participatio ei⁹ in idipsum.
Illuc enim ascenderunt trib⁹ tribus dñi, testimoniũ Israel, ad confitendum nomini dñi.
Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum David.
Rogate que ad pacem sunt Hierusalem: et abundantia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua: et abũdantia in turribus tuis.
Propter fres meos: et primos meos, loquebar pacem de te.
Propter domum domini dei nostri, quesiui bona tibi. psal⁹
Ad te leuaui oculos meos: q habitas in celis.
Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancille in manib⁹ dñe sue: ita oculi nri ad dñm deum nrm, donec misereat nri.
Miserere nostri domine miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.
Quia multũ repleta est aia nra opprobriũ abũdantibus, et despectio superbis. Psalmus.
Nisi qr dñs erat in nobis dicat nunc israel: nisi qr dominus erat in nobis.
Cum exurgerẽt hoies in nos forte viuos deglutissent nos.
Cum irasceretur furor eorum in nos: forsitã aqua absorbuisset nos.
Torrentẽ pertransiuit aia nostra, forsitan pertrãsisset aia nostra aquam intolerabilem.

Benedictus dñs: qui nõ dedit nos in captionẽ dentib⁹ eorũ.
Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiuꝫ.
Laqueus contritus est, ⁊ nos liberati sumus.
Adiutorium nr̃m in nomine dñi: qui fecit celum ⁊ terraꝫ.
℣. Requiem eternam dona eis dñe. ℟. Et lux ꝑpetua luceat eis. Pater nr̃. Secreto. ℣. Et ne nos inducas in tentationẽ. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animas eoꝝ. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationem meaꝫ. ℟. Et clamor meus ad te ven. Oratio.

Absolue q̃s dñe aĩas famuloꝝ famularūq; tuaꝝ: omniumq; fideliũ defunctoꝝ ab oĩ vinculo delictoꝝ vt in resurrectionis gloria inter sctõs ⁊ electos tuos resuscitati respirent. Per Christũ. ℟. amẽ. Ps.

Qui cõfidunt in dño sicut mons Syon: non commouebitur in eternum: qui habitat in Hierusalem.
Montes in circuitu eius: ⁊ dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc ⁊ vsq; in seculum.
Quia non relinquet dñs virgam peccatoꝝ super sorteꝫ iustoruꝫ, vt nõ extendant iusti ad iniquitatem manus suas.
Benefac domine bonis, ⁊ rectis corde.
Declinantes aũt in obligationes: adducet dñs cũ opantib⁹ iniquitatem: pax super Israel.
Gloria patri: ⁊ fil. Psalmus.

In conuertendo dñs captiuitateꝫ Syon: facti sumus sicut consolati.
Nunc repletuꝫ est gaudio os nr̃m: ⁊ lingua nr̃a exultatione.
Nunc dicẽt iter gẽtes magnificauit dñs facere cum eis.
Magnificauit dñs facere nobiscum, facti sumus letantes.
Conuertere dñe captiuitatem nr̃am: sicut torrens in austro.
Qui seminant in lachrymis: in exultatione metent.
Euntes ibant, ⁊ flebãt mittẽtes semina sua.
Venientes autem venient cũ exultatione, portãtes manipulos suos. Gloria. Psalmus.

Nisi dñs edificauerit domum, in vanum laborauerunt qui edificant eam.
Nisi dominus custodierit ci

uitatem, frustra vigilat qui custodit eam.
Uanum est vobis ante lucez surgere, surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.
Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas dñi: filij merces fructus ventris.
Sicut sagitte in manu potentis, ita filij excussorum.
Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis, non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.
Gloria patri, ꝛ fil. Psalmus.
BEati omnes qui timent dominum: qui ambulant in vijs eius.
Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es ꝛ bene tibi erit.
Uxor tua sicut vitis abundãs in lateribus domus tue.
Filij tui sicut novelle olivarũ: in circuitu mense tue.
Ecce sic benedicetur homo, qui timet dominum.
Benedicat tibi dñs ex Syon ꝛ videas bona Hierusalem omnibus diebus vite tue.
Et videas filios filiorũz tuorum: pacem super Israel.
Gloria patri: ꝛ fil. Psalmus.
SEpe expugnaverunt me a iuventute mea: dicat nunc Israel.
Sepe expugnaverũt me a iuventute mea: etenĩz non potuerunt mihi.
Supra dorsum meuz fabricaverunt peccatores: prolongaverunt iniquitatem suam.
Dñs iustus concidet cervices peccatoruz: confundãtur ꝛ convertantur retrorsum omnes qui oderunt Syon.
Fiãt sicut fenũ tectoꝝ: quod priusquam evellatur exaruit.
De quo non implebit manuz suam qui metet: ꝛ sinum suum qui manipulos colliget.
Et non dixerunt qui preteribant benedictio domini super vos: benediximus vobis in nomine domini.
Gloria. Dipoi. Kirieeleysõ. Christeel. kirieel. Pr̃ nr̃. Sec.
℣. Et ne nos inducas in tentionem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Memento congregationis tue ℟. Quam possedisti ab initio ℣. Dñe exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor me-

us ad te veniat. Oratio.
Deus cui proprium est mi sereri semper & parcere, suscipe deprecationem nostrã vt nos & oẽs famulos tuos quos delictorum cathena cõstringit: mi seratio tue pietatis absoluat. Per Christum. R. Amen. ps.
De profundis clamaui ad te domine: domine exau di vocem meam.
Fiãt aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris dñe: domine quis sustinebit.
Quia apud te ꝓpitiatio est: & pp legẽ tuam sustinuit te dñe.
Sustinuit aĩa mea in vbo ei⁹: sperauit aĩa mea in domino.
A custodia matutina vsq3 ad noctem: speret Israel in dño.
Q2 apud dñm misericordia: & copiosa apud eum redẽptio.
Et ipse redimet Israel: ex oĩbus iniquitatibus eius.
Gloria patri, & fi. Psalmus.
Domine non est exaltatũ cor meum: neque elati sunt oculi mei.
Neq3 ambulaui in magnis, neq3 in mirabilibus super me.
Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus est sup ma trẽ suã: ita retributio i aĩa mea.
Speret Israel in dño, ex hoc nunc & vsque in seculum.
Gloria patri &c. Psalmus.
Memento dñe David: & oĩs mansuetudinis eius.
Sicut iurauit domino, votum vouit Deo Jacob.
Si introiero in tabernaculum domus mee: si ascendero in le ctum strati mei.
Si dedero somnum oculis meis: & palpebris meis dor mitationem.
Et requiem temporibus meis donec inueniam locum dño: tabernaculum Deo Jacob.
Ecce audiuimus eam in effra ta: inuenimus eã in cãpis silue.
Introibimus in tabernaculũ eius, adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.
Surge dñe in requiẽ tuam: tu & arca sanctificationis tue.
Sacerdotes tui induantur iu stitia: & sancti tui exultent.
Propter David seruũ tuum non auertas faciem christi tui.
Iurauit dñs David veritatẽ & non frustrabitur eum: de fru

 ctu

ctu ventris tuĩ ponam super
sedem tuam.
Si custodierint filij tui testa-
mentum meum: & testimonia
mea hec que docebo eos.
Et filij eo᷑ vsque in seculum
sedebunt super sedem tuam.
Qm̃ elegit dñs Syon: elegit
eam in habitationem sibi.
Hec requies mea in sclin scl̃i:
hic habitabo qm̃ elegi eam.
Viduaꝫ eius benedicens be
nedicam: pauperes eius satu
rabo panibus.
Sacerdotes eius induam sa
lutari: & sancti eius exultatio-
ne exultabunt.
Illuc producã cornu Dauid:
paraui lucernaꝫ Christo meo.
Inimicos ei⁹ induã confusio-
ne super ipsum autem efflore-
bit sanctificatio mea. Glã. Ps.
Ecce quã bonũ: & quã io-
cundũ habitare fratres
in vnum.
Sicut vnguentum in capite,
quod descendit in barbaꝫ bar
bam Aaron.
Quod descendit in orã vesti-
menti eius, sicut ros hermon
qui descendit in montẽ Syõ.
Qm̃ illic mandauit dñs bene
dictionem, & vitam vsque in se
culum. Gloria pat. Psalãs.
Ecce nũc benedicite dño
omnes serui domini.
Qui statis in domo domini:
in atrijs domus dei nostri.
In noctibus extollite manus
vestras in sancta, & benedicite
domino.
Benedicat te dñs ex Syon: q
fecit celum & terram.
Gloria pat. Il Ao. Kirieele.
Ch. Christeel. R. Kyrieele.
Pater nr̃. V. Et ne nos indu
cas in tentationeꝫ. R. Sꝫ libe
ra nos a malo. V. Saluos fac
seruos tuos: & ancillas tuas.
R. Deus meus sperãtes i te.
V. Dñe exaudi orõnẽ meã. R.
Et clamor meus ad. Orem⁹.
Oratio.
Pretende dñe
famulis & famulab⁹ tuis
dexteram celestis auxilij: vt te
toto corde perquirant, & que
digne postulant, consequi me-
reantur. Per Christum dñm
nostrum. R. Amen.

I SETTE SALMI
PENITENTIALI

Inginochiati tutti il Ao. det-
to

to piano il Psal. nr. ipõga laña: Ne reminiscaris dñe. Psal.



Domine ne in furore tuo arguas me, neq3 in ira tua corripias me.

Miserere mei dñe qm̃ infirm⁹ sum: sana me dñe quoniã conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde, sed tu domine vsquequo.

Conuertere dñe, & eripe animam meam, saluũ me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte q memor sit tui, in inferno autẽ quis confitebitur tibi.

Laboraui in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrimis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatẽ, qm̃ exaudiuit dñs vocem fletus mei.

Exaudiuit dñs deprecationẽ meam, dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, & conturbentur vehementer oẽs inimici mei, conuertantur & erubescãt valde velociter.

Gloria. Ch. Aue Maria grã plena dñs tecũ. R. Bñdicta tu in mulierib⁹, & bñdictus fructus ventris tui Jesus. psal's.

Beati quorũ remisse sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir cui non imputauit dominus peccatũ: nec est in spiritu eius dolus.

Quia tacui inueterauerũt ossa mea, dũ clamarem tota die.

Quiã die ac nocte grauata est sup me manus tua, ↄuersus sũ i erũna mea dũ ↄfigitur spina.

Delictũ meũ cognitũ tibi feci & iniustitiã meã nõ abscondi.

Dixi confitebor aduersũ me iniustitiã meam dño, & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te oĩs scũs in tempore opportuno.

Verumtamẽ in diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meũ a tribulatione que circumdedit me, exultatio mea erue me a circumdanti-

dantibus me.
Intellectũ tibi dabo ⁊ instruã te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus ⁊ mulus: quibus nõ est intellectus.
In chamo ⁊ freno maxillas eorum constringe, qui nõ approximant ad te.
Multa flagella peccatoris spe rantes autem in domino misericordia circundabit.
Letamini in dño: ⁊ exultate iusti, ⁊ gliamini oẽs recti corde.
Gloria. Ch. Aue Maria. R. Benedicta tu in mulierib. ps.
Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias.
Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi, ⁊ confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea a facie ire tue, nõ est pax ossib⁹ meis a facie peccatoꝝ meorũ.
Quoniaꝫ iniquitates mee supgresse sunt caput meuꝫ ⁊ sicut on⁹ graue grauate sunt sup me.
Putruerunt ⁊ corrupte sunt cicatrices mee a facie insipientie mee.
Miser factus sum ⁊ curuatus sum vsque in finem: tota die cõtristatus ingrediebar.
Qm̃ lũbi mei ipleti sũt illusionib⁹: ⁊ nõ ẽ sanitas i carne mea
Afflictus sum ⁊ humiliatus sum nimis, rugiebam a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desiderium meum, ⁊ gemitus meus a te non est absconditus.
Cor meum conturbatum est dereliquit me virtus mea, ⁊ lumen oculorum meorum, ⁊ ipsum non est mecum.
Amici mei ⁊ proximi mei aduersum me appropinquauerunt ⁊ steterunt.
Et qui iuxta me erant de longe steterunt: ⁊ vim faciebant q querebant animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates, ⁊ dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanq̃ surdus nõ audiebam, ⁊ sicut mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo nõ audiens, ⁊ non habens in ore suo redargutiones.
Qm̃ in te dñe speraui: tu exaudies me dñe deus meus.
Quia dixi nequando supgaudeant

deant mihi inimici mei: et dum cõmouentur pedes mei super me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in cõspectu meo semper.
Quõ iniquitatẽ meã annũtiabo, et cogitabo pro pctõ meo.
Inimici aũt mei viuunt, et confirmati sunt sup me: et multiplicati sunt q oderunt me inique.
Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi, quoniã sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me dñe deus meus, ne discesseris a me.
Intende in adiutorium meũ domine deus salutis mee.
Gloria. Ch. Aue Maria. R. Benedicta tu. Psalmus.
Miserere mei deus sm magnã misericordiam tuã.
Et sm multitudinẽ miseratiõnũ tuarũ: dele iniquitatẽ meã.
Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo mũda me.
Quoniam iniquitatem meã ego conosco, et peccatum meũ contra me est semper.
Tibi soli peccaui et malũ corã te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti, incerta et occulta sapientie tue manifestasti mihi.
Asperges me dñe hyssopo, et mũdabor, lauabis me et super niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudiũ et letitiã, et exultabũt ossa humiliata.
Auerte faciẽ tuã a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me deus, et spiritum rectum innoua in visceribus meis.
Ne proijcias me a facie tua et spũm scm̃ tuũ ne auferas a me.
Redde mihi letitiã salutaris tui: et spũ principali cõfirma me
Docebo iniquos vias tuas, et impij ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis mee, et exultabit lingua mea iustitiã tuã
Dñe labia mea aperies, et os meũ annuntiabit laudem tuã.
Quoniam si voluisses sacrificium

cuum dedissem, vtique holocau stis non delectaberis.
Sacrificium deo spūs cōtri bulatus, cor cōtritum et humi liatum deus non despicies.
Benigne fac domine in bona voluntate tua Syon, vt edifi centur muri Hierusalem.
Tunc acceptabis sacrificium iustitie oblationes: et holocau sta: tunc imponēt super altare tuum vitulos.
Gloria. Cho. Aue Mar. R. Benedicta tu. Psalmus.
Domine exaudi orationē meam: et clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuam a me, in quacunque die tribulor inclina ad me aurem tuam.
In quacunque die inuocaue ro te, velociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cre mium aruerunt.
Percussus sum vt fenum et a ruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.
A voce gemitus mei, adhesit os meum carni mee.
Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut ni cticorax in domicilio.
Vigilaui, et factus sum sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei: et qui laudabāt me aduersum me iurabant.
Quia cinerem tanquam panē manducabam, et poculū meū cum fletu miscebam.
A facie ire indignationis tue, quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut vmbra ďclina uerunt, et ego sicut fenū arui.
Tu aūt dñe in eternum perma nes, et memoriale tuum in gene ratione et generationem.
Tu exurgēs misereberis Syō, quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.
Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius, et terre eius miserebuntur.
Et timebunt gentes nomen tuum domine, et omnes reges terre gloriam tuam.
Quia edificauit dñs Syon, et videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem humi lium, et non spreuit preces eorum.
Scribantur hec in generatio ne altera: et populus qui crea bitur laudabit dominum.

Quia

Quia prospexit de excelso san
cto suo: dominus de celo in ter
ram aspexit.
Ut audiret gemitus compe
ditorum: vt solueret filios in
teremptorum.
Ut annuncient in Syon no
